

addendum vel minuendum in articulis in dicta sessione publicandis, in quibus articulis fuit adiunctus¹ per dominum Virziliacensem articulus de promotoribus et notariis concilii citra revocationem aliorum. In qua congregacione ambassiatores et domini episcopi Patavienses numero sex post recepcionem et post lecturam suarum missarum concilio et prestito per eos solito iuramento fuerunt admissi et concilio incorporati.

Item fuit conclusum, quod scriberetur ex parte concilii priori conventus predicatorum Basiliensis et socio suo, qui sunt in Nurembergha, pro parte concilii de solidamento et continuatione concilii et de constancia dominorum etc.

(Hierauf folgt die Secunda sessio.)

¹ adiunctum B₁.